



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

125. An circumstantia recidivæ sit aliquaando confitenda? Et an
Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre
absolutionem? Et an Confessarius habeat jus ad interrogandum de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Sup. hoc in primis lin. Ref. not. seq. &c.

Que nunc hęc sequetur, & in aliis eius primę annot.

interrogetur, vt illius dispositionem intelligat: quia consuetudo arguit infirmum emendationis propositum. Vide infra in Resol. 55. vbi Sancium contrarium docentem inuenies.

RESOL. CXXV.

An circumstantia recidende sit aliquando confitenda?
Et an Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre absolutionem?
Et an Confessarius habeat ius ad interrogandum de consuetudine peccandi, quia nullo precepto humano induci potest, quod penitens obligetur peccata legitime confessi repetere, quando non interuenit reseruatio, imo licet interueniat reseruatio, non potest penitens obligari ad iterum confitenda peccata?
Et ideo inferitur, quod si penitens probabiliter credat Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fuerit consuetudinem peccandi posse, a quiuocatione vtendo, negare consuetudinem.
Et an hoc vltimum procedat, si etiam credat absolutionem se raturum?
Idem est de occasione proxima inenitabili tamen sine magno incommodo, & scandalo; nam in tali casu possit etiam penitens vti a quiuocatione, licet a Confessario de tali occasione interrogetur?
Et notatur non esse denegandam absolutionem habenti consuetudinem iurandi, nec ignorantiam doctrinam Christianam, et si sepe monitus non didicisset, dummodo peniteat de praterito, & proponat de futuro.
Et inferitur peccatorem consuetudinarium in quocumque peccato, dummodo habeat dolorem de peccato, & firmum propositum cauendi de cetero, esse absoluen- dum toties, quoties? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 55.

Sup. cōtento in primis lin. huius textus supra in Ref. 133. & in aliis eius primę not. Sup. hac doctrina sup. in tr. 4. Ref. 26. 27. & in Ref. 28. & à §. Sed difficultas, & in Ref. 30. & in tr. 6. Ref. 19. in principi.

§. 1. **T**eneri penitentem confiteri consuetudinem peccandi si a Confessario interrogetur docet Vasquez in 3. p. tom. 4. q. 9. 1. art. 1. dub. 3. Henriquez lib. 5. cap. 8. n. 1. Reginaldus tom. 1. dub. 6. c. 4. n. 133. & nos supra in Resol. 15. docuimus. Et posse Confessarium, etiam per mentem, plus, vel minus, secundum prudentiam differre absolutionem alicui peccato, docet Grassius p. 1. dec. lib. 1. c. 20. num. 14. Idem etiam docet Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 32. sect. 2. in fine. Sayrus in clauis regis, lib. 5. cap. 5. num. 3. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 32. n. 45. Toletus lib. 3. c. 18. n. 2. Iterum Suarez de Relig. tom. 2. lib. 3. c. 8. in fine. Reginaldus in praxi, to. 2. lib. 18. n. 87. Villalobos in sum. tom. 1. tractat. 11. difficult. 25. in fin. Delrius in disquis. mag. lib. 1. cap. 5. quest. 4. in fin. Sa verb. absolution. n. 14. Henriquez lib. 4. cap. 24. n. 4. Bañez in 2. 2. q. 2. art. 8. dub. 2. Ledesma in sum. tom. 2. tract. 1. c. 3. post concl. 7. & alij.

2. Non reticebo tamen, (quod est valde notandum, quia nouum,) Ioannem Sancium in suis practi- cis disputacionibus Martini impressis, anno 1524. disp. 9. n. 6. & seq. contrariam sententiam ex multis rationibus docere: & ideo putat Confessarium ius non habere ad interrogandum de consuetudine peccandi cum neque illud habeat, vt bis eadem peccata quis confiteatur, nec ad afficiendum penitentem pudore, & dedecore, consuetudine peccati cognita: sed debet penitens statim absolui, si vere dolorem habeat de prateritis, ac in posterum vite emendationem firmiter proponat. Probat hanc sententiam autoritate aliquorum Doctorum. Et ratio est: quia, vt supra dictum est, si consuetudinem peccandi teneretur penitens aperire, idem esset, quod obligare illum peccata legitime confessi iterum repetere; quod sane nullo precepto humano induci potest, saltem quando non interuenit reseruatio: imò licet interueniat reseruatio, non posse penitentem obligari ad iterum con-

Sup hoc sup. in r. 5. Ref. 101. 8.

fitenda peccata, docet Vasquez in 3. p. 10. 4. q. 9. 3. art. 1. dub. 6. n. 4. retractans sententiam, quam antea docerat in 9. 9. 1. art. 3. dub. 6. 7. & 8.

3. Deinde penitens, quamuis sit pessima consuetudini addictus, si mentem mutauerit, & occasionem frangere proposuerit in illo non remanet status peccati: ergo illi non est deneganda absolutio: nam, si Confessarius potest in tali casu licite absolueri penitentem, vt ipsimet aduersarij concedunt; ad id tenentur, quia penitens habet semper ius, vt sibi non negetur absolutio, si dignus sit, nisi illi efficiatur de proprio ipsius penitentis consensu.

4. Vnde ex his inferi Sancius, quòd si penitens probabiliter credat, Confessarium non impensurum illi absolutionem, si tateretur consuetudinem peccandi, posse a quiuocatione vtendo, negare consuetudinem, vt fiat sensus: Consuetudine careo peccandi, non absolute; sed ad confitendum tibi de presentia. Et hoc etiam procedit, si credat, absolutionem se nacturum cum ad confitenda eadem peccata bis non sit obligatus, nec patiendum pudorem ex consuetudine iam notariendum. Idem dicendum est de occasione proxima, inenitabili tamen, sine magno incommodo, & scandalo: nam in tali casu possit etiam penitens vti a quiuocatione, licet a Confessario de tali occasione interrogetur: nam postea vero propositum, vt si penitens, emendationis, habet penitens ius ad absolutionem: & vt Confessarius recte suo fungatur officio, nihil conducit scire, sine penitentis in occasione, vt non dato, quòd illum vitare non potest, eò quòd sine cognoscat occasionem, siue non teneatur Confessarius absolutionem dare. Ergo, &c. Deducitur etiam ex dictis contra Azorium tom. 1. lib. 11. c. 3. q. 4. non esse denegandam absolutionem habenti consuetudinem iurandi; & contra Ledesma in sum. tom. 2. tract. 1. c. 3. post 7. conclus. & alios, ignorantiam doctrinam Christianam, et si sepe admonitus non didicisset, dummodo peniteat de praterito, & proponat de futuro.

5. Putat igitur supradictus Sancius, vir equidem doctissimus, peccatorem consuetudinarium in quocumque peccato, dummodo habeat dolorem de peccatis, & firmum propositum cauendi de cetero, esse absoluen- dum toties, quoties, nec posse Confessarium illi beneficium absolutionis denegare; & respondet ad argumentum in contrarium: quod adduci potest, nempe, absolutionem in tali casu differendam esse, vt cauter penitens reddatur ad præcauenda peccata, & propter inueniendum timorem. Hęc omnia desumpta sunt, vt diximus, ex supradictis Sancio; illi illud, & non pigebit: est enim vir acutissimi ingenij; & hæc supradictę disputaciones, quas nuper edidit, sunt immortalitate dignissima. Vtinam alios ingenij sui fetus in lucem emitteret! Sed an hæc opinio sit tuta in praxi, remitto me iudicio aliorum.

RESOL. CXXVI.

An concubitus viri Christiani cum muliere infidelis, Turca, Indea, hæretica, & c. sit circumstantia in confessione aperienda?

Et quid, si hic casus fuisset ab Episcopo reseruat?
Et an hoc peccatum pertineat ad sacrilegium, quia talis comunicio est prohibita in honorem Christianissimi ab Ecclesia? Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 137. alias 138.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam docent Naldus in part. 1. cap. 3. §. 8. affine est huic. Homobonus de cas. reser. part. 2. cas. 4. sent. 5. Conradus in respons. cas. reser. scient. part. 2. q. 174. Floronus de cas. reser. part. 2. cas. 7. post §. 1. ver. mulieribus abentes, numer. 5. Bellochius de cas. reser. part. 2. q. 1. n. 169. Henriquez lib. 2. de panis cap. 6. n. 3. in glossa littera M. & Sanchez de